

statutorum civitatis Tergesti, et si invenerint equum vel equam
 asinum vel asinam mullum vel mullam bovem vel vacham
 porchum vel porcham seu alia animalia minuta in alienis vi-
 neis canpis vel ortis sive pratis, etiam accusare debeant domi-
 num vel dominam ipsorum animalium, vel conducere dicta 5
 animalia ad pignam comunis, ea die vel sequenti qua contra-
 fatientes invenerint, quas acusas facere debeant domino pote-
 stati vel vicario loco potestatis. ¶ Et dominus potestas vel
 eius vicarius scribere debeat dictos acusatos in uno quaterno
 ad hoc deputato, et mittere per procuratorem comunis et fa- 10
 cere scribi dictam acusam in libro procuratoris ad hoc spetia-
 liter deputato, et in qualibet ratione comunis producantur dicti
 quaterni, et a(s)cusati non proclamentur in excusis, set incon-
 107 B tinenti constringantur ad standum // in palacio comunis, de
 quo non recedant nisi primo solverent dictas condempnationes, 15
 et hoc pena sacramenti domino potestati. ¶ Et si persona acu-
 sata non haberet unde solvere condempnationem, ponatur in
 carceribus comunis, de quibus exire non possit donec solverit
 condempnationem predictam; et si non acusaverint ea die vel
 sequenti, tunc acuse per eos aliter facte sint nullius valoris; 20
 et acuis per eos factis, scilicet ea die vel sequenti, adhibeatur
 plena fides cum sacramento, et habere debeant tertiam partem
 condempnationum factarum occasione accusationum ipsorum.
 Et si custodes predicti non acusarent contrafatientes ea die
 vel sequenti, ut dictum est, incontinenti facta extimatione dam- 25
 ni, refitiant dampnum extimatum ¹⁾ in duplum, et nichilominus
 solvant penam in comuni ad quam contrafatiens incurisset.
 ¶ Et si qua persona esset accusata que non esset legitime
 etatis, sit in libertate domini potestatis condempnandi a penis
 predictis inferius. ¶ Et si ipsi custodes darent dampnum in 30
 supradictis possessionibus spacificatis vel aliqua ipsarum, ca-
 dant ad penam predictam seu penas incontinenti solvendas
 per modum predictum. ¶ Quibus custodibus predictum offi-
 tium in aliquo preiudicare non debeat quin aliud offitium, si
 electi et confirmati fuerint, habere possint. ¶ Et si invenerint 35

¹⁾ *extimandum*. Stat. 1365: *extimatum*.